


05

A

923





ΑΝΘΡΩΠΟΛΟΓΙΑΣ
SACRÆ
DISPUTATIO X.

AD
STATUM CORRUPTIONIS
PERTINENS,

De

PECCATO IN
SPIRITUM SAN-
CTUM.

In inclyta VVitteb. Academia,

*Ad disputandum in privato Collegio
proposita*

SUB PRÆSIDIO

BALTH. MEISNERI, SS. Th. D.
& Moraliū Profefs. Publ.

RESPONDENTE

MICHAELE CRAYKA Novilipoteno
Pannonic.

Habebitur ad diem XXVII. Decembr.

WITTEBERGÆ,

Ex officina Iohan. Gormanni
ANNO M. DC. XV.

PECORATO IN

SPIRITUM SAN-



05 A 923





שומר יהוה שואל אב דברך
המיר אשר נתת על שמך:
שומר אלה יטוע בשלום
קהל אשר פדית לעלם:
שומר אדני רוח שרתך
קדש בארענו עני בדרך:

ⲉⲛ ⲙⲁⲗⲁⲕⲁ ⲕⲁⲛⲏⲁ ⲁⲃⲉⲛ ⲁⲛⲟⲩ
ⲉⲛ ⲕⲁⲛⲏⲁ ⲕⲁⲛⲏⲁ ⲕⲁⲛⲏⲁ
ⲉⲛ ⲛⲟⲩⲛⲁ ⲛⲟⲩⲛⲁ ⲛⲟⲩⲛⲁ
ⲙⲁⲗⲁⲕⲁ ⲕⲁⲛⲏⲁ ⲛⲟⲩⲛⲁ

טגר בלך ארעין בעה אבון אפני
נטר בשותפותך קדישין בר אלה:
נטר תשמתך בעבן רוחא אלה
פלכותך לנתקדש אם ותשבחותך:

Ἡμερτῆς σ̅ ρ̅ῆμα Πάτερ ζα θεόσθε μέγαθε
Τηρειν . και κλάζειν ανιδικοιο βιην,
Δειξον σ̅ κ̅α̅ρ̅τ̅ Τεκνον κρατε ρ̅ῆιο θεο̅ιο
Ἡμ̅ας θ̅ , ὡσε νομευς μηλα Φιλιστα σ̅α̅ω.
Πνεῦμα θε̅ς ανδρεσιν ο̅ιζυ ρ̅ῆιοι πα̅ρ̅α̅θ̅ι
και μενενωλεμεως α̅λ̅γεα λυγ̅ε̅ απ̅ε̅χων.



O Cœlitum Rex, Terrigenum Pater,
Dextra potenti qui regis omnia,
Ringentibus VERBUM potenter
Salvificum foveas Tyrannis.

Ostende vastas, dum furiant mali,
Vires, Propago Numinis Enthei:
Defende tristes à macherâ
Pannonios Geticâ Colonos.

O Pneuma dium fertile munere,
Aris adesto, sacraq; promove
Fidelium, dum lucidus Sol
Hic rutilos agit abit axes.

Supplex deinceps, sacra TRIAS, rogo:
Celso PATRONO fac benè sit meo,
Ut longa THVVRZONUM perennet
Mathusalem series in annos.



DISPU-

DISPUTATIO DECIMA,
De
PECCATO IN SPIRITUM
SANCTUM.

ωρροίμιορ.

I.

Dost expeditas quæstiones primarias, quæ circa statum corruptionis moveri solent, restat ultima de peccato in Spiritum sanctum, quod omnium actualium est gravissimum, & in æternum non remittitur, unde irremissibile vocatur.

II. Multi verò existimant, omninò non esse loquendum aut disputandum de hoc peccato, eò quòd exinde desperationis causa facilè sumi possit. Quando n. audiunt infirmi, illud esse prorsus irremissibile & nec in hoc, nec in futuro seculo dimitti, tum si tententur à Diabolo, ac si & ipsi tale quid commisissent, de salute suâ, omniq; spe veniæ si non omninò desperent, attamen plurimùm dubitare possent. Videri proinde meliùs, si silentio perpetuo involvatur, quàm ut multa de eo dicantur & scribantur.

III. Verùm hac ratione dica scribitur ipsi Spiritui sancto. Si enim noxia foret omnis peccati istius mentio, Deus utiq; malè consulisset fidelibus suis, dum in Scripturis aliquoties blasphemix non remittendæ meminit. Quia verò omnis Scriptura est utilis, 2. Tim. 3. 16 & quod scriptum, ad nostram doctrinam scriptum, est, Rom. 15. v. 4. ergò utilis quoq; nec à doctrina alienus erit hic ipse de peccato in Spiritum sanctum articulus, quoniam scriptus est, & ab ipso Christo, Apostolisq; propositus Matth. 12. Marc. 3. Luc. 12. Tit. 3. Hebr. 6 & 10. 1. Ioh. 5. Cùm igitur universale sit mandatum, Scrutimini Scripturas, Ioh. 5. v. 39. propterea & istæ, quæ de speciali hoc peccato loquuntur, considerari debent. Ut n. abscondita non oportet scrutari, sic patefacta nò oportet omninò ignorare.

IV. Quòd si autem quidam offendantur, distingui oportet inter scandalum dandum & acceptum, inter id, quod per se, & quod per accidens

Multi no-
lunt dispu-
tari de pec-
cato in Spi-
ritum san-
ctum.

Sed falsò.

Scandalum
duplex.

A 3

obun-

obtingit. Non enim datur, sed sumitur hinc offendiculum; non per se ex ipsa doctrina sequitur, sed per accidens malitiâ diaboli introducitur. Huic ergo ut resistamus firmiter, & nosmet ipsos erigamus potenter, necessarium est, accuratè naturam istius peccati cognoscere & perspectam habere. Sic enim viderimus deficere quoad nos essentialia ejus requisita, invictè poterimus inferre, reos nos illius haut esse, ideoque de venia & salute nostra cur desperemus? Qui verò ignorat flagitij hujus naturam, is facile potest decipi, & à diabolo in desperationem conjici.

Propositio.

V. Quatuor autem problemata circa hoc doctrinæ caput potissimum moveri solent 1. *An sit quoddam peccatum in Spiritum Sanctum?* 2. *Quid sit?* 3. *Quale sit?* & 4. *Quoruplex sit, vel quas species habeat?* De quibus omnibus, pro ratione instituti nostri, breviter agemus.

QUÆSTIO I.

An sit & detur quoddam speciale peccatum in Spiritum sanctum?

I. Extra controversiam est, generali modo omnia peccata esse in vel contra Spiritum sanctum. Cujus enim mandatum violatur, in illum peccatur. Jam verò delinquentes violant legem à tota Trinitate præscriptam. Ergo peccant in totam Trinitatem, atq; sic quoq; in tertiam Trinitatis personam, nempe Spiritum sanctum. Istud verò est, quod in dubium vocatur, *Nam speciali quadam ratione sit & detur peccatum aliquod, unice in vel contra Spiritum sanctum directum?*

Opera Trinitatis ad extra sunt communia.

II. Theologorum quidem regula est: *Quòd opera Trinitatis ad extra sint communia: & quicquid dicatur de persona una, idem quoq; dici debere de persona altera;* unde concludunt nonnulli, dari non posse peccatum, quod tantùm sit in Spiritum sanctum, & non unà in Patrem & Filium, quoniam hoc modo unitas & identitas actionum in Trinitate labefactetur.

Servato tamen ordine personarum.

III. Verùm hic sciendum est, *servari ordinem inter personas Trinitatis, easq; non tantùm internis characteribus, sed etiam externis quibusdam notis & actionibus* distingui, ita ut licet ad opus quoddam

omnes

omnes personæ concurrant, non tamen de omnibus ex æquo istud prædicetur, sed duntaxat de unâ, quæ potissimum opere isto sese manifestavit. Vt, *exempli causâ*, Tota Trinitas creavit mundum, tota redemit genus humanum, tota colligit & sanctificat Ecclesiam: Nihilominus tamen talis ordo & distinctio observatur inter personas in symbolo Apostolico, ut *Pater* potissimum creator, *Filius* redemptor, & *Spiritus Sanctus* Ecclesiæ doctor, ductor & sanctificator dicatur. Pari modo blasphemia ista specialis totâ quidem lædit Trinitatem, attamen in Spiritum S. potissimum ferri dicitur, quoniam contra sanctificationem eius, quæ illi ut proprium opus adscribitur, primariò dirigitur.

IV. Tale ergo Spiritui sancto specialiter oppositum peccatum dari, ex Scripturis porrò probandum est. Quare omnia testimonia colligemus, quæcunq; in sacris literis hoc de peccato reperiuntur. Illorum hæc sunt præcipua.

Dicta Scriptura de peccato in Sp. S. loquentia.

V. 1. Matth. 12. v. 30. & 31. *Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: ἢ δὲ τὸ πνεῦμα τὸ βλασφημία non remittetur. Et quicumq; dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: ὅς δὲ ἂν ἐπιηκατὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, neq; in hoc seculo, neq; in hoc futuro.* Ex hoc dicto apparet manifestè, dari, quoddam peccatum specialiter Spiritum Sanctum lædens & offendens, ob triplicem oppositionem.

VI. Nam 1. opponit *blasphemiam communem & βλασφημίαν τὸ πνεῦμα τὸ*, quæ oppositio & distinctio locum non haberet, nisi speciale contra Spiritum sanctum daretur peccatum. Sicut enim *βλασφημία* cõmunis esse dicitur in Patrem, Filium, sanctumq; Spiritum, ita *βλασφημίαν τὸ πνεῦμα τὸ* non nisi in Spiritum sanctum *πρώτως* ferri putandum est. Quomodo enim aliàs solius *τὸ πνεῦμα τὸ βλασφημία* diceretur?

VII. 2. *Discrimen facit inter peccata κατὰ τὸ υἱὸν τὸ ἀνθρώπου & peccata κατὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Sicut ergo peccatum in Filium non statim est peccatum in Spiritum sanctum: sic quoq; peccatum in Spiritum, non unâ erit in Filium. Datur igitur blasphemia, quæ non in Patrem, Filiumq; sed speciali ratione in solum Spiritum sanctum adfertur & dirigitur.

VIII. Notanda autem hîc est ratio discriminis inter peccata in *Filium*

Filium & Spiritum sanctum, quæ in eo potissimum consistit, quod
in *Filium* peccare dicatur, qui quidem salvificam de Christo do-
ctrinam, vel quoad personam, vel quoad officium ejus blasphe-
mat & persequitur, sed ex ignorantia & zelo præpostero, ideoq;
in *Filium* delinquere dicitur, sed non in *Spiritum*, quia media
salutis & conversionis prorsus non abjicit, sed si erudiatur, à
Spiritu sancto seduci & converti sinit, nec reluctatur, ideoque
remissionem peccatorum consequi potest.

IX. Exemplum peccantis in *Filium*, *Paulus* est, qui ante conver-
sionem modis quidem omnibus & planè hostiliter impugna-
bat Evangelium de Christo, cùm tamen postmodum ipsi, & à
Deo & ab *Anania* *Spiritus sancti* ministro, prædicaretur Evan-
gelium, non resistebat, sed suscipiebat illud, & convertebatur,
ideoq; antè non in *Spiritum* & ex malitia, sed in *Filium*, & ex
ignorantia peccasse dicitur, uti de semetipso scribit, *1. Tim. 1. v. 13.*

Nota pec-
cati in Fi-
lium.

X. Duo igitur sunt principalia peccati in *Filium* *ἡ ἑστὴν ἁμαρτίαν*.
1. Est blasphemia & hostilis impugnatio doctrinæ de Christo, &
2. Proficiscitur ex ignorantia, & zelo sine scientia, non autem
ex malitia, nec præsupponit veritatis agnitionem. *Istud* peccatis
in *Filium* commune est cum peccato in *Spiritum*: hoc cum pec-
catis ex infirmitate subortis. Ratione igitur *illius*, differt ab aliis
peccatis, & convenit cum peccato in *Spiritum*: ratione *hujus*,
differt a blasphemia in *Spiritum*, & convenit cum peccatis aliis.
Illa enim *βλασφημία* similiter quidem oppugnatio est doctri-
næ de Christo, sed agniæ, & de cujus veritate aliquis in consci-
entia sua convictus est, quam etiam blasphemat non ex igno-
rantia sed plenâ scientiâ mentis, non ex infirmitate, sed contu-
maci malitiâ voluntatis, uti *quest. 2* fusiùs declarabitur.

XI. 3. Salvator ejusmodi differentiam constituit, quod alia
peccata remittantur, hoc autem non remittatur: unde argumen-
tum invictum oritur, & istud quidem tale: Peccatum irremissi-
bile, aliud est & necessario distinguendum à remissibilibus pec-
catis. Atqui peccatum in *Spiritum sanctum* est irremissibile.
cætera omnia dicente Christo, sunt remissibilia. Ergò pecca-
tum in *Spiritum* aliud est & necessario distinguendum à pecca-
tis remissibilibus, ὅπερ ἔδη δεῖξαι.

XII.

XII. II. Marci 3. v. 30 31 Amen dico vobis. quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blasphemia, quibus blasphemaverunt. Qui Mar. 3. v. 30.

βλασφημία ἡ ἐν τῷ ἁγίῳ, non habet remissionem in aeternum, sed reus erit aeterni iudicij. Hic vicissim fit discrimen inter βλασφημίαν generalem totius Trinitatis, & βλασφημίαν specialem Spiritus sancti, vel in Spiritum sanctum.

XIII. III. Luc. 12. v. 10. Omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur ei: qui autem Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur. Luc. 12. v. 10.
Ex hoc dicto eadem deducuntur argumenta, quæ ex Matth. 12. jam modò commemoravimus.

XIV. IV. Hebr. 6. v. 4. 5. 6. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, & gustaverunt etiam donum cœlestis, & participes facti sunt Spiritus sancti, & gustaverunt bonum Dei verbum, virtutesq; venturi seculi, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsis Filium Dei, & essentibus habentes. Ex hoc textu erroris sui occasionem sumserunt Novatiani, docentes, omnes eos, qui doctrinam de Christo, metu persecutionum, præsertim post acceptum Baptisma abnegarunt, peccati sui nullam amplius veniam aut remissionem consequi posse, etiamsi ferò istud deplorent, veramq; pœnitentiam agere desiderent.

XV. Verùm si singula diligentius expendantur circumstantiæ, patebit luculentè Apostolum non de quavis abnegatione, sed de malitiosa blasphemiâq;, cùm pœnitentia finali conjuncta, hoc est, de ipso & solo peccato in Spiritum sanctum loqui.

Etenim 1. ab initio capitis verba facit de præcipuis fidei articulis, monetq; Hebræos, ut in ijs firmiter perseverent, quam admonitionem cùm contrario declaret in sequentibus, colligitur exinde, ipsum de vera & interiore Apostasia à fide verba facere. Qui autem duntaxat metu periculis vel persecutione fidem abnegant, non statim resiliunt à fide, quia corde eam possunt retinere, licet ore diffiteantur.

2. Dicit, quòd prius fuerint illuminati, & gustaverint donum cœlestis, adeoq; verè renovati fuerint, & postmodum prolabantur, id est, fiant cæci & contumaces. Prolapsionem enim opponit illuminationi & gustui. Hoc autem dici nequit de abnegatoribus, tempore persecutionis, quando quidem illi non ita prolabantur

B

buntur

buntur, ut omnem omnino fidem amittant, & prorsus cæci fiant.

3. Ait impossibile esse, eos renovari ad pœnitentiam. At verò multi abnegatores sunt renovati, quod docet exemplum Petri & aliorum. Ex quibus omnibus concluditur, quòd de speciali peccato loquatur Apostolus, nempe de blasphemia in Spiritum sanctum.

5. XVI. V. Hebr. 10. v. 26. ἐκβοήσας ἀμαρτανόντων ἡμῶν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἑπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὅτι ἐπιπέσει, ἀμαρτιῶν ἀπολείπειται ἰουστία: Voluntariè peccantibus post acceptam noticiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia. Et v. 29. Deteriora meretur supplicia, quis Filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliã fecerit. Quem etiam locum de solo in Spiritum sanctum peccato intelligendum esse, evincit 1. Scopus Apostoli, quando quidem totus in eo est, ut ab apostasia veritatis dehortetur Hebræos. 2. quia loquitur de voluntaria, & non ex metu factâ doctrinæ prius agnitæ abnegatione. 3. singularibus notis secernit ab omnibus alijs peccatis, dum legi Mosis opponit, dum vocat conculcationem Filij, profanationem sanguinis Testamenti, contumeliã Spiritus sancti, ex quibus omnibus colligitur apertissimè, de peculiari peccato hic sermonem fieri, quoniam istæ notæ & προσκείμενα nec in abnegatione meticolosa, nec in alijs criminibus reperiuntur.

6. XVII. VI. 1. Joh. 5. v. 16. ἔστιν ἀμαρτία πρὸς θάνατον, ἢ πρὸς ἐκείνης λέγω ἵνα ἔρωτήσῃ, Est peccatum ad mortem; Non pro illo dico, ut roget quis. Duplex hoc dicto discrimen peccatorum indicatur, dum alia dicuntur esse non ad mortem, quoddam autem in specie dicitur esse peccatum ad mortem. Deinde ait, quòd pro nonnullis peccantibus sit orandum, pro nonnullis autem non item, unde firmiter colligitur, dari quandam ἀμαρτίαν specialem, quæ κατ' ἐξοχὴν sit mortalis, lethifera, ideoq; irremissibilis, quam nos dicimus esse βλασφημίαν Spiritus sancti.

XIIX. Et hæc sunt principalia dicta, de peccato isto loquentia: Addi possunt alia duo. 1. Ex Act. 7. v. 50. Durâ cervicē & incircumcisīs cordibus, Vos semper resistitis Spiritui sancto. Hic notatur abjectio mediocorum, & resistentia adversus Spiritum, quæ itidem non nisi in hoc speciali peccato reperitur. 2. Ex Tit. 3. v. 10. 11. Hereticum hominem post unam atq; alteram admonitionem de vita, sciens quòd sit αὐτοκατα

καταραξαι & c. Pertinet huc etiam illud 1. Tim. 4. v. 2. Novissimis
 temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctri-
 nis demoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & *κακαυτηγια με-
 νων την ιδίαν συνειδνον*. Per cauteriem verò conscientiae notatur
 vel induratio cordis, quia caro cauterio notata, est obdurata; vel
 perversitas & malitia, quia quibus stigma inuritur, ij pro infami-
 bus habentur. Possunt huc etiam referri omnia dicta, quae lo-
 quuntur de induratis Esa. 48. v. 4. Jerem 5. v. 3. Zach. 7. v. 11. Matth. 13.
 v. 15. Ioh. 12. v. 40. Rom. 1. v. 25. c. 2. v. 5. c. 11 v. 8. Eph. 4. v. 19. & c.

XIX. Ex hisce verò Scripturae testimonijs tale argumentum
 necesse potest firmissimum, *Quodcumq;* Scriptura specialiter nominat pec-
 catum, vel blasphemiam Spiritus, ita ut singularibus notis circumscribat, id
 peculiaris species est, & ab alijs omnibus distingui debet. At verò tale est
 peccatum in Spiritum sanctum, uti haecenus probatum. Ergò peculiaris
 peccati species est, & ab alijs omnibus distingui debet, id quod fuit demon-
 strandum.

QUAESTIO II.

Quid sit peccatum in Spiritum sanctum.

I. Difficilis est hujus peccati cognitio & descriptio. Augustinus
 serm. 11. de verbis Domini pronunciat, quòd Deus exercere nos volue-
 rit difficultate questionis de hoc peccato, cum in omnibus Scripturis sanctis for-
 te nulla major, nulla difficilior inveniat. Censemus tamen qualiter-
 cumq; perspectam iri ejus naturam, si observentur 1. illius nomina,
 2. Exempla 3. Essentialia requisita, de quib. nunc ordine dicturi sumus.

I.

De nominibus hujus peccati.

II. Quatuor sunt primariae hujus peccati appellationes, quarum
 ratio si exponatur, ipsa peccati natura, quodammodo declaratur,
 cum saepenumero ex usu vocis provehamur in rei perceptionem.
 III. Nominatur autem 1. communiter ab objecto peccatum in
 Spiritum S. Non, quòd feratur in ipsum ratione essentiae, quia haec
 toti Trinitati cõmunis, aut ratione personae, cum offendi neque-
 at una Trinitatis persona, quin peccati injuriã in ipsam unicam
 Deitatem statim redundet, sed 1. Ratione officij. Etenim Spiritus S.

Quatuor
appellatio-
nes.

Vocatur

1.

Peccatum in
Spiritum S.

B 2

est

est illuminare & convertere corda hominum per verbum & Sa-
cramenta, quod ipsum etiam officium expedire tentat apud istos
induratos homines. Hi autem quia gratiam ejus spernunt, abjici-
unt, blasphemant, illiq; modis omnibus resistunt, ideo in Spiri-
tum, qui suum illuminationis officium inijs exequi conatur, pec-
care dicuntur. 2. *Ratione testimonij.* Spiritus Sanctus est Spiritus
veritatis, & de ea testimonium perhibet per verbum & miracula,
ita quidem, ut etiam conscientia ipsa induratorum hominum,
convincatur, sciantq; verissimam esse doctrinam eam, quam
abnegant, blasphemant & oppugnant. Quia igitur huic Spiritus
sancti de veritate fidei testimonio contra conscientiam propriam
obloquuntur & resistunt, hinc vicissim non immerito in ipsum
Spiritus peccare & delinquere dicuntur. Breviter ergo, homines
isti feruntur contra Spiritus sancti. 1. *illuminationem*, resistendo,
2. *testificationem*, negando. Ibi *officium*, hic *testimonium* ejus oppu-
gnant; utrobique in ipsum graviter peccant.

2.
Blasphemia.

IV. 2. Ab ipso actu nminatur βλασφημία Spiritus, vel ut di-
citur Matth. 12, v. 32. λόγος κατὰ τὸ πνεῦμα τοῦ ἁγίου. *Sermo*
contra Spiritum sanctum. Quicunq; enim huic peccato sunt obnoxij,
non cessant Spiritui maledicere, & contumelijs afficere, quatenus
doctrinam ejus impugnant, & tanquam mendacium diffamant.
Atq; hoc est blasphemare, quia vox ista nil significat aliud, quam
Deo *vel detrahere*, quæ ipsius sunt, & ad ejus gloriam spectant; *vel*
attribuere, quæ ad ejus ignominiam faciunt.

3.
Peccatum
irremissibi-
le.

V. 3. Ab adjuncto appellatur *peccatum irremissibile.* Ea enim pec-
cati hujus natura est, ut conjunctam semper habeat induratio-
nem & excæcationem cordis, atq; sic etiam abjectionem omnia-
um mediorum salutis, & perpetuam erga Spiritum sanctum resi-
stentiam, ob quam impossibile est, ut tales homines convertan-
tur & ad pœnitentiam redeant, cum Deus invitis & repugnantibus
sua non obtrudat gratiam.

4.
Peccatum
ad mortem.

VI. 4. A consequente pœna certissima, nimirum morte & da-
mnatione æterna vocatur *peccatum ad mortem*, ἀμαρτία πρὸς θάνατον.
1. Joh. 5, v. 26. Quamvis enim omnia peccata φῶσιν ἵνα sint mor-
talia & lethifera, hoc tamen specialiter ad mortem esse dicitur,
quia non tantum reatus mortis in eo, ut in alijs peccatis omnibus,
reperi-

reperitur, verum etiam actus ipse, ipsa damnatio æterna infallibiliter sequitur. Quare non tam ratione reatus, quam respectu infallibilis damnationis peccatum ad mortem nuncupatur. Et hæc fuerunt Biblicæ appellationes hujus peccati; Ecclesiasticas non appono, cum earum sint pauca, & si quæ fuerint, ille ex superiorum notatione intelligi possint quàm facillimè.

II.

De Exemplis hujus peccati.

VII. Monent nostri Theologi, haud temerè esse pronuncian- dum de hoc peccato, ejusq; exemplis, & propterea nemo facilè illius accusari & insimulari debet, præsertim si in vivis adhuc sit, cum satis non constet, an omnia requisita in eo conveniant. Imò nec post mortem incogitanter judicare debemus, cum ignari si- mus, annon in agone fuerit conversus, & ad pœnitentiam redie- rit. Quam ob causam non enumerabimus exempla dubia & in- certa, sed ea tantùm, quæ indubitanter vera sunt, & in ipso sacro- sancto Scripturarum codice reperiuntur. Illorum verò præcipua & primaria sunt hæc sequentia.

Exempla
sunt.

I.
Pharao.

IX. I. Proferimus exemplum Pharaonis. Quamvis enim non con- stet, illum fuisse vero Dei cultui addictum, sed potius, ut historia testatur, idololatram & gentilem, at tamen salvis aliorum judicijs in Spiritum sanctum non incommodè peccasse dicitur.

Nam 1. non ex infirmitate aut ignorantia, sed plena volun- tate, & ex mera malitia resistebat Deo, dicens Exod. 5. v. 2. *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, & dimittam Israel? Nescio Dominum* (id est, nihil curo, non timeo. Intelligendum enim est *nescire pra- cticum*) *& Israel non dimittam.*

2. Miracula Domini calumniabatur & irridebat, dum convocatis maleficis suis Ex. 7. v. 11. quoad speciem similia edidit. Hinc enim volebat ostendere, Deum Israelis non adeò magnum esse, cum plus præstare nequeat, quàm Magi sui & incantatores.

3. Sciebat, & in conscientia convictus erat, non nisi à Deo & potentiâ divina provenire ista miracula, quoniam ipsi incanta- tores dicebant, Exod. 8. v. 19. *Digitus Dei est hic.* Ipse quoq; Phærao voluit, ut pro se orarent Dominum, atq; sic agnovit, ab eo pœnas



esse illatas, ideoq; & ipsum solum eas tollere posse. Exod. 19. v. 16. & 17. ait ipse: Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos, sed nunc dimittite peccatum meum mihi & hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat. Sic ergo concludimus: Quisquis contra scientiam & conscientiam negat articulum fidei, peccat in Spiritum S. Pharao hoc fecit, quia novit, Deum Israël esse verum Deum ex miraculis, & tamen malitiosè hoc & verbis & factis negavit. Pro confirmatione minoris addimus hoc: Qui agnoscit Deum Israël solum esse omnipotentem, is agnoscit, eum solum esse verum Deum. At verò illud agnoscebat Pharao. Exod. 10. v. 16. 17. Credit enim, neminem posse istas plagas auferre, ideoq; sollicitavit Mosen, ut apud Deum pro se incederet.

Quamvis verò non fiat mentio, quòd doctrinam Israëlitarum blasphemaverit, attamen de eo nullum est dubium. Volebant enim exire propter cultum Dei sui. Hunc autem ipsum verum esse Deum ex miraculis sciebat, & nihilominus cultum ejus impediēbat, & procul dubio blasphemabat. Præterea miracula sunt appendices doctrinæ: qui igitur miracula Dei blasphemat, ille & verbum ejus & doctrinam consequenter impugnat.

Et quid multis opus? Peccabat certè in Spiritum 1. ratione officij, quia Spiritui per verbū Mosis ipsum convertere volenti resistebat. 2. ratione testimonij dum veritatem miraculorum agnitam contra conscientiam negabat. Est enim veritas Dei duplex, altera verbi & doctrinæ, altera facti & miraculorum. Sive quis utramq; sive alterutram scienter & volenter blasphemet, in Sp. S. peccat. IX. 2. Auditores Prophetae Jeremiae. De his dicit c. 5. v. 12. Negaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse, neq; veniet super nos malum. ca. 7. v. 16. Et dixerunt: Non ambulavimus, vers. 17. Non audiemus. Cap. 7. v. 16. prohibetur Jeremias pro ijs orare. Unde colligimus, illos commisisse peccatum ad mortem. Verba sic habent: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumes pro eis deprecationem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. cap. 44. v. 16. ajunt: Sermone, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, ut sacrificemus reginæ cæli. Hæc omnia quid sunt aliud, quàm certissima peccati in Spiritum sanctum *τὴν ἁγίαν*? Noverant, solum cultum à Mose præscriptum esse.

2.
Auditores
Prophetae
Jeremiae.

esse verum, erant convicti in conscientia, quod in nomine Domini ad eos loquatur Jeremias; & nihilominus directe resistunt Spiritui sancto, claraque voce dicunt, *Se nolle Domino obedire, nolle eius doctrinam sequi.* Ad mortem igitur peccabant, & hinc pro ijs orari nolebat Dominus.

X. 3. *Pharisei tempore Christi*, de quibus *Matth. 12. Mar. 3. Luc. 12.* Illi enim non modo norant Christum esse a Deo, fatente Nicodemo, *Ioh. 3. v. 2.* Sed etiam quis esset, *Et me nostis, & unde sim nostis*, inquit Christus, *Ioh. 7. v. 24. Matth. 22. v. 16.* dicunt: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* Et nihilominus contra conscientiam suam, internumque Spiritus testimonium, non desistebant operibus illius divinis detrahere, ejus doctrinam blasphemare, miraculis maledicere & calumniari, quod *Spiritus habeat immundum, & ope Beetzabub ejiciat demonia.* Quæ omnis sunt infallibiles notæ peccati in Spiritum sanctum; cujus etiam rei aguntur ab ipso Christo, prædictis Evangelicæ historiæ locis,

3.
Pharisei
tempore
Christi.

XI. 4. *Pharisei & Iudei tempore Apostolorum*, præsertim Stephani, *Act. 6. v. 10.* refertur de ijs, quod non potuerint resistere sapientiæ & Spiritui, qui loquebatur, adeoque agnoverint, Apostolicam doctrinam ab ipso Deo provenire, & nihilominus ijs resistebant, eam blasphemabant, & hostiliter contra conscientiam persequuntur, ideoque Stephanus *Act. 7. v. 10.* ait: *Durâ cervice & incircumcisis auribus: Vos semper Spiritui sancto resistitis.* v. 54. dicitur de ijs, quod hæc audientes *die & nocte dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in Stephanum.*

4.
Pharisei
tempore
Apostolorum.

XII. 5. *Apostate ultimi temporis*, de quibus vaticinatus est Apostolus Paulus *2. Tim. 4. v. 1. seqq.* Dicitur enim de illis, quod 1. discessuri sint a fide. 2. secuturi Spiritum erroris, & doctrinas demoniorum. 3. locuturi mendacium in hypocrisi, atque ita contra conscientiam.

5.
Apostate
ultimi
temporis.

XIII. His adjungunt alij exemplum *Saulis & Iude*: sed cum neuter doctrinam oppugnaverit, aut agnitam abnegaverit, in Spirit. S. peccasse non videntur. *Iuliani Imperatoris* exemplum convenientius est. Hic n. ritè institutus fuit in religione Christiana, cognovit veritatem Evangelij, quæ a & publicè professus est, suscepto Baptismo; Postea autem, suasu quorundam male philosophantium, nempe

Liba

De Franc.
Spiera.

Libavij, Iamblichi & similium, defecit à Christo, sanamq; Evangelij doctrinam blasphemavit, & modis omnibus persecutus est. XIV. De Francisco Spiera nonnullis dubitatur: sed expedita est responsio, eum pro peccatore in Spiritum sanctum minimè habendum esse, quia 1. non ex malicia, sed infirmitate; non spontè sed persuasus ab amicis defecit ad Papatum. 2. non impugnavit aut blasphemavit doctrinam Evangelij, sed summè doluit, quod à veritate defecisset. Fuit ergò peccatum ejus desperatio, quidem, sed non blasphemia in Spiritum, cum fidem orthodoxam non negaverit, sed istissemper usq; ad mortem testimonium veritatis perhibuerit.

III.

De essentialibus peccati in Spiritum sanctum requisitis.

Duplex peccati obiectum.

XV. Ex enumeratis hæctenus exemplis, & suprâ positis Scripturæ testimonijs, colligemus nunc *συντάξι* & essentialia hujus peccati requisita vel propria, quorum nonnulli septem, alij octo, quidam decem vel etiam plura recensent. Verùm omnia illa dividemus in tres generales classes, quarum prima erit desumpta ab obiecto, altera à principio, tertia ab ipso opere & actu hujus peccati.

1. Requisita ex parte obiecti,

XVI. Obiectum peccati duplex est, 1. contra quod fertur. 2. circa quod versatur. Illud triplex est, Deus, proximus, & ille ipse qui peccat. Vel enim Deum, vel proximum, vel nos ipsos peccando lædimus. Quod jam spectat blasphemiam in Spiritum: illa quidem noxia est tum proximo, ob malum exemplum, tum ipsi peccanti, ob grande supplicium, læditq; totam Trinitatem, ob summam vitiositatem: *πρωτως* tamen & primariò in Spiritum S fertur, quia contrariatur ejus tum officio, tum testimonio, uti præcedente quæstione diximus. Verùm de obiecto in quod vel contra quod, hic non sumus solliciti: obiectum potius circa quod versatur, considerandum venit, ratione cujus duo requisita, duabus thesibus inclusa ponimus.

1. Peccatum in Spiritu S. versatur circa doctrinam & miracula.

XVII. 1. Peccatum in Spiritum S. non versatur circa mores & vitam, sed circa verbum Dei, & fidem, fideiq; appendices, miracula.

Quam-

Quamvis enim omnis hoc peccato contaminatus vitiosam quoq;
& perversam ducat vitam, moribusq; sit scelestissimis; attamen
formale & *τὸ ἔνδον* hujus sceleris, non in peccatis morum con-
sistit, sed potius circa fidem & doctrinam, circa verbum & mira-
cula Dei versatur, id quod sequentibus rationibus demonstratur.
XIIII. 1. Omnia peccata morum remittuntur, id quod exem-
plis per singulas peccatorum species probari potest. Peccatum au-
tem in Spiritum S. non remittitur. 2. Docet hoc Apostolus *Hebr.*
6. qui describit peccatum istud per *ἀπιστίαν* vel defectionem à
fide. 3. Idem exprimitur *Hebr. 10.* ubi fit discrimen inter peccata
morum, quibus lex violatur, & hoc peccatum, cum dicitur v. 28.
*Irritam faciens legem Moysi, duobus vel tribus testibus moritur: quanto ma-
gis putabitis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit?* Hinc
igitur deducimus, quòd peccatum hoc non sit in moribus vel
contra legem primò, quatenus est norma operum, sed contra Eu-
angelium & doctrinam veritatis. 4. Ex inductione singulorum
exemplorum idem probatur. Pharaò impugnabat verbum cul-
tumq; Dei, & miracula ejus: Jeremiæ auditores opponebant se-
se doctrinæ, sic & Pharisei: Ita *1. Tim. 4.* expressè fit mentio apo-
stasias à fide, & doctrinæ demoniorum.
XV. Ex his ergo omnibus colligitur firmissimè, peccati hujus *Veritas Dei.*
objectum non esse mores & vitam, sed fidem & doctrinam, vel *consistit in*
uno verbo, verbum & veritatem Dei. Hæc autem veritas 1. *vel duobus.*
consistit in factis & miraculis, ideoq; qui malitiosè illa blasphemat,
& contra conscientiam Diabolo assignat, cum à Deo profes-
ta sciat, in Spiritum sanctum peccare non immeritò putatur. 2.
vel in verbis & ipsa doctrinâ, quæ dispescitur in legem & Euangeli-
um. Scituunt verò Theologi communiter, quòd peccatum hoc
circa Evangelij doctrinam potissimum versetur: attamen nega-
ri nequit quòd contra legem etiam feratur.
XVI. Sciendum autem, quòd lex *dupliciter* consideretur, 1. quate- *Lex Moysi*
nus est *norma* & regula actionum, 2. quatenus est *doctrina* & ver- *dupliciter*
bum Dei. Illo modo peccat in legem qui non observat eam: hoc, qui *considera-*
negat eam, nec pro verbo aut veritate Dei habet. Quando ergo *tur.*
Theologi dicant, quòd peccatum in Spiritum sanctum non ver-
setur circa legem, considerant eam, prout est norma operum.

C

Et

sic aduersus legem peccat, quiconq; eam violat & transgreditur, quo sensu omne peccatum morale est contra legem. Quando autem consideratur, ut est verbum Dei, ut pars fidei & doctrinae, tunc etiam aliquis circa legem peccare potest in Spiritum sanctum, eam nimirum blasphemando; & pro doctrina Dei non agnoscendo. Ut si quis diceret, *legem Moysi esse doctrinam diabolicam*, & malitiosè contra conscientiam hoc defenderet, tum utiq; in Spiritum sanctum peccaret.

XXI. Obicere aliquis posset: *Impugnare legem est contra ipsam legem, prout est norma actionum.* Est enim contra primum præceptum, ubi omnis prohibetur incredulitas. Sed quoddam peccare in Spiritum sanctum est impugnare legem. Ergo & hoc erit contra legem, prout est norma operum. Blasphemia igitur in Spiritum erit peccatum mortale.

Quomodo
peccatum in
Spiritum S.
sit contra
legem.

Respond, distinguo inter genus & speciem, vel inter actum generalem & specialem. Ipsum genus peccati quidem est prohibitum in lege, nimirum infidelitas, species tamen ejus vel actus specialis non est expressus. Concedimus ergo, sicut incredulitatem, ita & blasphemiam in Spiritum generali sensu, vel ratione generis sui, contra legem esse, specialis tamen ejus actus lege non est expressus, ideoq; potius *ἀπιστία*, quam *ἀμαρτία* dicitur. Sciendum enim, quòd hæc blasphemia dupliciter æstimetur, 1. quatenus peccatum est, & sic *ἀνομία* dicitur, & contra legem, ut norma est, fertur. 2. quatenus peccatum in Spiritum sanctum est, & sic pro formali habet *ἀπιστίαν* vel abnegationem voluntariam veritatis agnitæ.

Porro autem notandum, quòd non pertineat vel opus sit ad peccatum in Spiritum sanctum constituendum, ut quis omnem Dei doctrinam & veritatem, totumq; Evangelium abneget, sed sufficit, ut vel potiorem, vel aliquam tantum partem impugnet, uti docet exemplum Phariseorum & Judæorum. Modò istud reneatur, quòd peccatum hoc formaliter sumtum non nisi circa veritatem Dei occupetur, & denotet voluntariam ejus oppugnationem, reclamante conscientia.

Qui peccent
præcipue in
Spiritum
sanctum.

XXII. Ex quo emergit *πρόβλημα* hoc, quòd in Spiritum sanctum peccantes non facile sint Laici, sed *viri docti & eruditi*, qui legerunt Biblia, & sciunt quid verum sit, ideoq; hoc peccato potissimum contaminantur hæretici vel hæresiarchæ. Quicunq; enim articulum

lum quendam fidei contra conscientiam malitiosè impugnat, ille
in Spiritum sanctum peccat. Tales autem sunt heretici. Ex quo
concluditur 2. quòd peccatores in Spiritum sanctum potissimum
vivant in Ecclesia; non extra; Christiani sint, non pagani. Interim
tamen, licet quoad potiore partem res ita sese habeat, negari ta-
men nequit, quòd etiam 1. infideles in Spiritum sanctum peccare
queant, quoniam habemus manifestum exemplum Pharaonis. 2.
Laici & Plebei, præsertim qui miraculorum externo fulgore
perstringuntur. Hi enim convinci possunt, Dei esse miracula, &
nihilominus blasphemate queunt. Nam procul dubio inter auli-
cos Pharaonis & Ægyptios tales multi erant: quidni & hodiè ta-
les esse possent? Interim tamen, si doctrina consideretur & fides
sincera, docti potissimum & Scripturam legentes rationeq; abu-
tentes in Spiritum sanctum peccant, & blasphemiam sese conta-
minant.

XXIII. II. Doctrina, circa quam versatur peccatum
in Spiritum sanctum, prius debet esse agnita.

Requisitum hoc confirmari potest multis rationibus. 1. Quia 2. Peccatū
nisi hoc dicatur, omne discrimen inter peccata in Filium & in Spi- in Spiritū
ritum sanctum tollitur. Ita enim hætenus ea distinximus, quòd sanctum
in Spiritum peccet, qui agnitam; in Filium, qui non agnitam do- versatur
ctrinam oppugnat & blasphemat. 2. Evincunt hoc ipsum Pauli circa do-
exemplum. Oppugnavit hic veritatem, & tamen in Spiritum ctrinam
sanctum non peccavit, quia veniam consecutus est. Et ignoran- agnitam.
tiam ventæ causam ipse nominat. 1. Tim. 1. v. 13. 3. Idem volunt di-
cta Heb 6. & 10. Nam ibi dicitur, quòd sint illuminati & gustave-
rint bonum Dei verbum. 4. Idem demonstrant exempla singula
suprà allegata, ex quorum inductione colligitur evidenter, pec-
catum hoc agnitionem veritatis præsupponere. Etenim agnovit
eam Pharaon. Jeremiæ auditores, Pharisei &c. Unde inferimus,
omnem in Spiritum sanctum peccantem agnoscere veritatem.

XXIV. Hic autem porro sciendum, quòd veritatis agnitio sit Veritatis
duplex, altera *πραγματικὴ* & merè literalis, qualem habent etiam agnitio dō-
diabolica, altera *πνευματικὴ* & gratiosa, ubi veritas non modò sci- plex.
tur & agnoscitur, sed simul gratiosè à Spiritu sancto in corde ho-
minis obsignatur. Illa agnitio semper requiritur ad peccatum in

Spiritum sanctum; *hæc* autem non semper, ut ostendit exemplum Pharaonis & Phariseorum, qui quidem in conscientia sua erant convicti de veritate miraculorum & doctrinæ Christi; interim verè renati non erant, nec à Spiritu sancto hæc doctrina in omnibus per gratiosam *κατοίησην* erat confirmata.

Dua species peccati in Spiritum.

XXV. Atq; hinc Theologi duas blasphemiz in Spiritum species constituunt. *Alteræ* est, quando peccans antè renatus fuit, & à Spiritu S. per gratiam illuminatus, vel ut loquitur epist. Hebr. 6, qui gustavit donum cœlestis, & particeps factus est Spiritus S. *Alteræ* autem, quando veritas nudè & literaliter scitur atq; agnoscitur, sine præcedente gratiosa Spiritus sancti illuminatione & inhabitatione. Et hoc idè addendum, ne nimis strictè circumscribatur peccatum hoc, & ab eo excludantur omnes, qui antè renati non fuerunt & verè fideles. Sufficit veritatis agnitio, non requiritur agnitæ gratiosa in animis obliuatio.

2. Requisita ex parte principij.

Duo principia actionum.

XXVI. Duo sunt principia actuum humanorum intrinseca, alterum; *intellectus*, alterum *voluntas* est. Intellectus considerat, iudicat & proponit, quid agendum sit. Voluntas autem postea intellectus iudicium sequitur, & actu ipso eligit, quod eligendum ratio suavit, imperatq; locomotivæ & cæteris facultatibus, ut exequantur & in actum deducant istud volitum.

Varia species actionum.

XXVII. Utraq; autem facultas duobus modis se habere potest in productione actuum. Nam quod attinet intellectum, ille objectum suum *vel* planè scit & agnoscit, *vel* imperfectè scit, & pleraq; ignorat, unde actiones oriuntur duplices; *quedam* ex plena scientia, *quedam* ex ignorantia mentis profectæ dicuntur. Voluntas itidem dupliciter se habet. *Vel* semetipsam sola ad agendum applicat, & commovet, *vel* ab alio principio movetur & quasi trahitur; nempe *vel* per infirmitatem carnis, *vel* per metum periculi, *vel* persuasa ab alijs, &c. Unde vicissim duplex actionum genus emergit, ut *quedam* dicantur voluntariæ, *quedam* involuntariæ, quarum *iste* ex pleno & deliberato voluntaris consilio prodeunt; *be* autem cum voluntate quidem conjunctæ sunt, (non enim invitæ prorsus) ita tamen, ut illa quasi captiva ducatur, & non su-

um.

um, sed alterius principij ductum & ingenium sequatur, unde habentur pro actibus, non ex plena voluntate, sed infirmitate commissis.

XXIIX. Nunc ergò quæritur, *Qualis actus sit peccatum in Spiritum sanctum?* Dicimus breviter, quòd ex scientia, non ignorantia; ex plena voluntate, non infirmitate procedat. Blasphemiam igitur hujus ex parte principij duo vicissim requisita ponimus.

XXIX. I. Peccatum in Spiritum sanctum non ex ignorantia, sed plena agentis scientia committitur.

3. Peccatū in Spiritū S. committitur ex plena scientia.

Requisiti hujus ratio vicissim petitur. 1. *Ab exemplo Pauli.* Hic enim quia veritatem ignoranter oppugnavit, propterea veniam consecutus est, & in Spiritum sanctum non peccavit, 1. Tim. 1, v. 13. 2. *Ab inductione singulorum exemplorum,* quæ continentur in Scripturis. Videmus enim omnes eos scienter & non ignoranter veritatem oppugnasse. 3. *Ex dicto 1. Tim. 4.* quòd in hypocrisis sint locuturi mendacium contra scientiam suam, & statim subditur, quòd *canteriatam habeat conscientiam,* quam habere non possent, nisi scienter peccarent. Clara etiam sunt verba Hebr. 6. ubi illuminati dicuntur, & præsertim Hebr. 10. v. 26. ubi dicuntur *ἀμαρτάνειν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν χάριν γινώσκοντες τὴν ἀληθείαν.* Qui autem notitiam habet ἀληθείας, ille certe scienter, non ignoranter eam abnegat.

XXX. Nullum proinde dubium amplius esse potest eum, qui in Spiritum S. peccat, & ad pœnitentiam redire nequit, scienter peccare hoc sensu, quòd in conscientia suâ convictus sit, & certissimè sciat esse verbum Dei, esse ipsam veritatem fidemq; salvificam eam doctrinam, quam malitiosè oppugnat & blasphemat. Ut, cum Pharisei dicerent, *Christum operâ Beelzebub ejicere* demonia, convicti erant in cordibus suis, & intus credere cogebantur ob testimonium conscientia, miraculum istud, verè divinum fuisse, sciebantq; Christi doctrinam in Scripturis Prophetis esse fundatissimam. Hoc igitur erat veritatem scienter, plenaq; mentis notitiâ oppugnare & blasphemare.

XXXI. Hic autem oritur quæstio, *Quomodo plena mentis notitia cum cecitate possit consistere?* Nam prædictum erat de Phariseis, quòd essent excæcandi *Esa. 6, v. 9.* Et hoc ipsum de ijs clarè dicitur *Ioh.*

Dubium. Qui consistat notitia & excæcatio.

12. v. 40. Cæcitas autem & excæcatio mentis quid aliud est, quàm ignorantia? Per tenebras enim ista describitur, *Ephes. 5. v. 8.* Qui ergo ex cæcitate & ignorantia, is non ex plena mentis notitia veritatem oppugnat.

Duplici sen-
su homines
dicuntur
excæcati.

XXXII. Respond. Excæcatio ista non tollit scientiam doctrinæ simplicem, nudam & literalem. Etenim non dicuntur excæcati, ac si planè nihil scirent de fide, ut gentiles & pagani, sed alio eoque gemino respectu.

1. Ratione *ignorantia spiritualis*, quatenus fideli assensu non apprehendunt veritatem agnitam, id est, in quantum spirituali & *πνευματικῆ* notitia destituuntur. Sciunt veritatem quoad literam, nesciunt & cæci sunt, quoad Spiritum & fidelem assensum. Scientia igitur & excæcatio, quia diverso respectu sumuntur, hinc in eodem subjecto simul optimè possunt concurrere. Et hoc tum Propheta Esaias 6. tum ipse Salvator *Ioh. 12.* indicavit, quando uterque dicit, excæcatos illos esse, ut videntes non videant & intelligentes non intelligant. Hic enim conjungitur utrumque, *videre & non videre, scire & non scire*, quorum illud de literali, hoc de spirituali & fideli veritatis. *ἴδωσθε* intelligendum est. Etenim Phariseos plurimos scivisse, & in conscientia convictos fuisse de veritate, constat ex *Ioh. 3. v. 2.* qui tamen ipsi dicuntur excæcati, unde vicissim colligimus excæcationem non tollere, sed potius præsupponere literalem istam veritatis scientiam.

2. Ratione *negligentia*. Nam summæ dementiæ & cæcitaris extremæ signum est, quod isti homines sciant, quid agere debeant, quomodo æternam damnationem effugere queant; & nihilominus propriæ salutis ad eò sint immemores, ut ipsam profus negligant, nec unquam animum adjiciant ad ea, quæ ad salutem & æternam beatitudinem consequendam faciunt. Si ægrotus quispiam sciret, certi medicaminis usurpatione restitutam sibi iri sanitatem perditam, & astantem videret medicum, medicamen proponentem, & ad usurpationem modis omnibus sollicitantem, ille verò nihilominus blasphemare vellet Medicum, & medicinam abjiceret, pedibusque conculcasset, quis non pro demente & insano eum haberet? Pari modo peccantes in Spiritum sanctum, quia sciunt veritatem, & noverunt modum effugiendi, damna-

dānationem, nihilominus tamen blasphemant Spiritum, & veritatem abnegant, non immeritò excæcati & dementes appellantur. Vicissim igitur scientia literalis non tollit, sed aggravat excæcationem: Eò enim magis dicitur quis excæcatus, quò magis projicit, ea quæ sibi profutura esse, distinctius & plenius cognoscit.

XXIII. II. Peccatum in Spiritum sanctum non ex infirmitate, sed plena & malitiosâ voluntate perpetratur.

Etenim deliberatum omninò consilium & propositum requiritur, si quis hujus peccati reus fieri & infirmulari debeat: id eoque; qui vel hæreticis circumventi, vel metu periculorum territi, vel gravitate tormentorum victi veritatem abnegant, isti si postmodum voluntariè in blasphemiâ perseverent) in Spiritum sanctum peccasse non statuuntur. Omnis enim causa voluntatem permovens, & velut in transversum rapiens abesse debet. Causam verò intelligimus extrinsecam, & voluntatem abripientem; intrinseca enim causa concedi potest, quia deliberatum voluntatis propositum non tollit. Sed moveri possunt peccatores isti vel ambitione, vel cupiditate gloriæ, quòd semel dicta revocare nolint; vel appetitu divitiarum & terrenarum voluptatum, quibus inter veritatis hostes commodius datur perfrui. Et hæ causæ non excusant, vel absolvunt à blasphemia in Spiritum; quia ab agente ipso intenduntur, non ab externo principio oriuntur, nec voluntatem ejus captivant, vel in transversum rapiunt. Quòd si autem externæ causæ motrices adfuerint, ijs q; voluntas abripiatur, ibi Spiritus sanctus non blasphematur.

XXXIV. Probari hoc potest. 1. Ab exemplis illorum, qui in persecutionibus veritatem abnegarunt, & tamen postea vicissim conversi sunt. Sic clarissimum est exemplum Petri, qui Christum quidem negabat, sed ex metu mortis & periculi, ideoq; veniam consecutus est.

2. Ab exemplorum inductione. Quicumq; enim in Scripturis in Spiritum sanctum peccasse dicuntur, ij omnes volenter, non ex infirmitate blasphemarunt, uti docet imprimis exemplum Pharaonis, Phariseorum & auditorum Jeremiae.

3. Ab evidentibus dictis. præsertim Hebr. 10. v. 26. *Ἐκ γοίῳς voluntaria*

ria

riè nobis peccantibus. Sic 1. Tim. 4. dicuntur contra conscientiam à fi-
de apostatare. Quicquid autem contra conscientiam committi-
tur, istud ex malitia & plena voluntate proficiscitur.

Dubium.
*An aliquis
veritati con-
tra consci-
entiam ab-
negari pos-
sit.*

XXXV. Hic autem dubium quoddam exoritur, *An nimirum pos-
sibile sit, reperiri quempiam, adeò desperatè impium, ut contra conscientiam
possit veritatem agnitam ex solâ meraq; malitia abnegare?* Etenim vide-
tur hoc repugnare naturali inclinationi cum intellectus, tum vo-
luntatis humanæ. *Intellectus* hominis naturaliter verum scire
desiderat. Ergo veritatem non potest versari & abnegare. *Volun-
tas* naturaliter appetit bonum, & quivis suum fugit interitum da-
mnumq;. Quòd si igitur isti scirent, & seriò crederent, se veri-
tatem abnegare, utiq; & hoc scirent, æternæ damnationis pœ-
nas sibi certo subeundas esse. Has autem quivis averfatur. Qua-
re & istud immediatum antecedens, nempe voluntariam veri-
tatis abnegationem.

XXXVI. Respond. 1. Nulla inest argumento consequentia, ob
exempla contraria. *Eriam avarus; ebrius & scortator* scit, certò
sibi paratam damnationem: nihilominus tanta est cordis hu-
mani perversitas, ut quasi nihil sciret de inferno contra conscientiam
& conscientiam propriam in peccatis pergat. Neq; desunt exem-
pla, sed allegamus tum *Pharaonem*, qui aliquot plagis sustinuerat,
optimeq; noverat, potentem in miraculis Mosen esse; & tamen
immemor sui totiusq; regni resistebat Deo, & sic in sempiter-
nam damnationem volenter sese præcipitabat: tum *auditores Iere-
mie*, qui sciebant Jeremiam esse Prophetam Altissimi; sciebant
quosvis inobedientes æternam legis maledictionem incurrere,
volenter tamen ex merâ malitia dicebant: Verbum quod an-
nunciasti nobis in nomine Domini, non faciemus; tum *Phariseos*,
qui faciebant, Christi miracula divina esse sciebant sibi paratum
exitium, & tamen volenter blasphemabant. Et hoc vicissim
referimus dicta 1. Tim. 4. Hebr. 10. in quibus voluntaria veritatis
abnegatio proponitur. Ob hæc igitur exempla nullam argumen-
to consequentiam inesse concludimus.

2. Quod spectat naturalem inclinationem, illi hominem sæpè
contrariari & posita exempla evincunt, & Medea testatur, quan-
do dicebat; *Video meliora proboq;. Deteriora sequor.* Hujus enim appe-
titi

titu

ritus in bonum ferebatur, & nihilominus malum sequebatur. Hinc est quod Theologi dicunt, *peccata nonnulla esse contra naturam*, quando aliquis id facit, à quo ejus natura abhorret, ut incestus & commixtio cum consanguineis. Sicut igitur ibi contra naturam, naturalemq; propensionem homo operatur, ita non mirum est, quòd quandoq; veritatem scienter abneget & blasphemet.

3. Non sunt contraria, veritatem interius scire, & exterius diffiteri nolle. Nihil enim est familiarius apud homines, quàm ut mentiantur, & veritatem scitam dissimulent. Omne igitur mendacium esset impossibile, si argumentum istud procederet.

4. Homo non appetit damnationem, sed fugit: ob perversitatem tamen appetere potest illud, quod causat damnationem. Ita suspendi nemo vult, furtum tamen velle potest, licet hoc certissima suspendij causa sit. Sic nemo damnari vult, velle tamen potest sub specie boni peccata quævis, licet illa infallibiliter damnent. Quæ omnia cum ita se habeant, distinguendum ubique est inter hominem, ratione *naturalis propensionis*, vel reliquiarum imaginis & ratione *indurationis atq; excecationis* consideratum. Illo quidem respectu veritatem abnegare nequit; quando autem induratus est & in potestatem Satanae traditus, ibi contra naturam suam per diaboli ductum & carnis dominium in quævis etiam immanissima scelera non modo ferri potest, sed actu etiam ipso fertur & abripitur.

3. *Requisita ex parte ipsius actus.*

XXXVII. Quatuor hic peccati in Spiritum S. essentialia *exemplar* vel requisita numeramus, quoniam quatuor primarij actus speciales in eo sunt conspicui,

XXXVIII. 1. Est veritatis agnitæ abnegatio.

Hoc enim peccato qui contaminati sunt, ij veritatem, quam in corde suo sciunt, diffiteantur, & exterius ore fateri nolunt, sed abnegant, & tanquam falsam apud omnes omni tempore diffamant: id quod vicissim allegatis Scripturæ tum dictis, tum exemplis evidenter ad oculum probari & demonstrari potest.

XXXIX. 2. Abnegatæ blasphematio.

Hinc enim vocatur blasphemia Spiritus, *Matth. 12. Marc. 3. 6. Abnegata*

D

Luc. 2.

**Blasphemia-
tur.** **Lut. 12.** Et hoc est, quod epistola ad Hebræos dicit, *c. 6, v. 6.* homines istos rursus crucifigere Filium Dei, & ostentui habere, id est, calumniari & blasphemare- *Hebr. 10, v. 29.* dicitur, quod *contumelians faciant Spiritui gratiæ.* Essentiale igitur requisitum peccati huius est blasphematio doctrinæ: quæ ipsa licet non semper manifestis verbis proferatur, tamen certum est, eiusmodi homines in corde suo blasphemare & execrari veritatem agnitam, uti docet exemplum Phariseorum.

**7. Blasphemia
mata oppu-
gnatur.** **XL. 3.** Blasphemata & oppugnatio.

Non enim contenti sunt privata veritatis blasphemiam, sed publicè etiam modisq; omnibus, voce, calamo, ferro, & vi eam suppressere & oppugnare conantur: quemadmodum evincit exemplum Pharaonis, Phariseorum & quorundam Jesuitarum, quibus nihil magis volupe est, quam in id elaborare, ut veritas eradicetur, omnesq; ejus defensores interficiantur. Et hoc est veritatem agnitam, malitiosè oppugnare, atq; sic cum Phariseis in Spiritum sanctum peccare.

**8. Omnia sa-
lutis media
abjiciuntur.** **XL I. 4.** Est cum oppugnata, veritate omnium salutis mediorum abjectio.

Hoc præter exempla vicissim confirmat epistola ad Hebræos, dum *c. 6.* dicit, tales homines *denuò crucifigere Christum, c. 10. concalcare Filium Dei & sanguinem testamenti pollutum ducere.* Quia verò nullum aliud salutis medium est, quam verbum & sanguis Christi, *Act. 4, v. 12. & c. 10, v. 43.* colligimus inde, omnia media ab eiusmodi sceleratis hominibus contemni & quasi pedibus proculcari, Etenim verbum veritatis, in quo gratia offertur, blasphemant; Sacramenta, per quæ illa conferri solet, abjiciunt; Spiritum S. qui in ipsorum cordibus operari vult, contumelia afficiunt; illiq; modis omnibus reluctantur.

XL II. Et hæc fuerunt ista octo requisita principalia peccati in Spiritum, quæ breviter recensemus, ut uno aspectu singula & universa sint obvia. *1. versatur circa doctrinam. 2. eamq; agnitam. 3. & procedit ex plenâ mentis scientia. 4. extremâ voluntatis malitia. 5. agnitamque veritatem abnegat. 6. abnegatam blasphemat. 7. blasphematam oppugnat, & 8. cum oppugnata omnia salutis media prosternit & concalcet.* Ex horum verò requisitorum collectione talis formari potest defini-

ni.

nitio: Peccatum in Spiritum Sanctum est veritatis agni-
ta malitiosa & voluntaria abnegatio, blasphematio & peccati in
oppugnatio, omniumq; salutis mediorum abjectio. *Definitio
Spir. S.*

XIII. Atq; ita ex haecenus dictis, natura hujus peccati medio-
rum fuit cognita, unde porro patet, quod nec sola incredulitas,
nec sola contumacia, nec quodvis aliud peccatum pro blasphe-
mia in Spiritum habendum sit, si voluntaria & blasphemia veri-
tatis abnegatio desit. Nemo igitur qui in Ecclesia manet & fidem
retinet, turbari potest aut debet periculosis istis cogitationibus,
ac si & ipse in Spiritum sanctum peccasset. Quando enim scit, se
doctrinam istam non abnegasse, nec blasphemasse, certus esse po-
test se consecuturum esse veniam delictorum suorum omnium,
quot & quanta & qualia etiam sint, quandoquidem clarissima
sunt verba Christi, *Matth. 12.* ubi omnia peccata dicuntur remitti,
excepta sola in Spiritum sanctum blasphemia. Quotiescunq; er-
go tentatum ob peccatum hoc consolari debemus, requisita sin-
gula isti sunt proponenda, & ostendendum, quod in ipso non in-
veniantur, ideoq; paratam esse conclusionem, quod in Spiritum
sanctum non peccaverit, & per consequens de venia & condo-
natione delictorum suorum desperare haud debeat.

QUÆSTIO III.

Quale sit?

I. Si scire voluerimus, quale sit hoc peccatum, necessum est, ut
attendamus ejus adjuncta, quæ istud comitantur & circumstant.
Utenim forma & quidditas esse simplex, sic adjuncta esse tale
largiuntur. Quinq; autem primaria peccati in Spiritum adjuncta
constituimus, quæ breviter & strictim recenserebimus.

*Quinq; ad-
juncta pec-*

cati in S. S.

*1. Summa
gravitas.*

II. 1. Est *summa gravitas*. Etenim communiter hoc peccatum
solet appellari gravissimum, ob maximam deformitatem & ma-
lignitatem suam. Distinguebam autem est inter peccatum Ada-
mi primum, & peccata ex primo orta, vel peccata post lapsum
commissa. Blasphemia Spiritus dicitur peccatum gravissi-
mum, non absolute, ac si gravius quoque foret primo Adami

D 2

pec.

peccato; sed *limitatè* vel respectu peccatorum, quæ post lapsum committuntur. Gravitas autem hujus peccati apparet potissimum ex diligenti exemplorum consideratione, & sedula singulorum requisitorum inspectione: præsertim ex eo, quòd nunquam remittatur, quod adjunctam jam sequitur.

2. Irremissibilitas.

III. 2. *Irremissibilitas*. Dicit Salvator, quòd omnia peccata remittantur, hoc autem nec in præsentì, nec in futuro seculo dimittatur; unde colligunt Theologi, blasphemiam Spiritus esse irremissibilem. Notandum autem, quòd Christus quidem adhibeat verba actum significantia, ipsam tamen remittendi *δύναμιν* intelligat. Dicit enim, *Omnia peccata remittuntur; hoc autem non remittetur*. Si hìc ipsum remissionis actum juxta literam intellexeris, sequetur omnia peccata actu remitti, quòd falsum. Sola igitur, potentia remittendi notatur, ut sensus sit, *Omnia peccata remitti possunt, vel quis alius peccator remissionem consequi potest, & pœnitere: solus autem peccator in Spiritum S. non potest pœnitere, nec remissionem consequi*. Aut certè verba ista, *Omne peccatum remittetur* sic sunt exponenda: quòd loquatur de generibus singulorum peccatorum, non singulis generum, & indicetur, non esse ullum genus peccati, quòd non remittatur (licet non singula istius generis remittantur) solùm autem peccatum in Spiritum nunquam remissum esse, & nunquam remitti.

IV. Ulterius autem irremissibilitas hujus delicti confirmatur ex Heb. 6. v. 4. ubi expressè dicitur, quòd sit impossibile tales peccatores *vicissim redire & renovari ad pœnitentiam*. Nullum igitur est dubium, peccatum hoc verè dici & esse irremissibile, & per hoc ab alijs peccatis omnibus distingui. Ipsum enim solùm est irremissibile, cætera, dicente Christo, omnia sunt remissibilia. Hinc Athanasius in disc. contra Arium: *Ὁ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημῶν, ὑποδόν τὸ γίνεταί αἰώνια ἀμαρτία, μὴ συγχωρημένον ἔσθ' ἄλλο τι*, Qui in Spiritum sanctum blasphemias dicit, reus erit æterni peccati lapsu hujusmodi extra veniam constituto. Et in libro de communi essentia Patris & Filij: *ἀπαράσιτη ἡ δίκη τοῖς βλασημοῖσι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* Indetrectabilis, inquit, pœna blasphemantibus Spiritum sanctum.

5. Ob-

V. Obijciunt autem nonnulli, Sicut hoc peccatum per se & suam naturam non simpliciter est irremissibile, sed ab eventu tale dicitur: ita quid prohiberet, quo minus & reliqua scelera dicantur irremissibilia, si absit persona pœnitentia? Nullum enim peccatum absolute est irremissibile, ob universalem Dei gratiam & Christi redemptionem: dicitur autem irremissibile tantum respectivè, quatenus abest hominis pœnitentia & actu non remittitur. Hoc verò sensu & respectu omnia nuncupari possunt irremissibilia. Nulla igitur erit distinctio inter peccatum remissibile & irremissibile.

VI. Respondeo, Quòd remissibile dicatur dupliciter vel ratione actus vel ratione potentie, ideoq; distinguendum est inter irremissionem & irremissibilitatem, atq; sic etiam inter peccatum irremissum & irremissibile. Cætera omnia quando abest pœnitentia, dici possunt irremissa, non tamen propriè irremissibilia; quia non est impossibile illa remitti. De hoc autem peccato clarè dicitur, 1. Ioh. 5. quòd sit ad mortem. Solum ergo hoc per se & ratione quidditatis suæ conjunctum est cum impossibilitate remissionis.

Distinctio
inter peccatum
irremissum &
irremissibile.

VII. Quod si autem quæratur ulterius, Vnde sit hæc impossibilitas? Respondemus nullo modo ex absoluto decreto, aut defectu gratiæ, aut particularitate meriti Christi, aut carentiâ verbi & Sacramentorum, quia hæc omnia adsunt, adeoq; ex parte Dei non est simpliciter impossibile, ut remittatur hoc peccatum, quando quidem gratia Dei exuberat omne peccatum, Rom. 5, v. 20. sed impossibilitas ista unice provenit ex impossibilitate pœnitentiæ. Dicitur enim expressè, Heb. 6. quòd impossibile sit, ejusmodi homines redire ad pœnitentiam. Hinc igitur argumentamur: Quicquid per suam naturam taliter est comparatum, ut intercludat omnem pœnitentiæ aditum, illud per suam naturam est irremissibile, & in eo benè distingui potest à peccatis alijs. Tale autem est peccatum in Spiritum sanctum. Quare per suam naturam est irremissibile.

VIII. Cum ergo quæratur, Cur blasphemia in Spiritum dicatur irremissibilis, & reliqua peccata omnia remissibilia? Respondemus breviter Cur blasphemia in Spiritum dicatur irremissibilis. id fieri non ex parte Dei, sed tantum hominis, quia impossibile est, ut talis homo agat pœnitentiam, & gratiam Dei, meritumque Christi sibi applicet. In cæteris autem peccatis hoc non est impossibile: Igitur eo respectu non sunt irremissibilia.

IX. Quòd si autem porrò quærat, *Quare impossibilis sit pœnitentia in hoc peccato, & in cæteris possibilis?* Parata erit responsio, quòd ob duas istud rationes fiat, 1. Est *induratio, & hominis in potestatem Satanae traditio.* Quicumq; enim hoc peccato polluti sunt, illi indurantur, à Deo deseruntur, & Satanae traduntur: ob quam indurationem fit, ut nunquam emolliri & pœnitentiam agere possint. 2. Est *omnium mediorum abjectio.* Quia enim pœnitentia & conversio non nisi per verbum fit & Sacramenta, hinc impossibile est, ut aliquis ad pœnitentiam redeat, qui ista media semper contemnit & abjicit. Nunquam sanari potest, qui omnem medicinam respuit: sic nunquam converti, qui media divinitus ordinata spernit. Cùm igitur natura hujus peccati in eo consistat, ut sanguis Testamenti polluat, verbum blasphemetur, & ita omnia media semper abjiciantur, hinc oritur impossibilitas pœnitentiæ, & per consequens impossibilitas remissionis, ideoq; peccatum hoc dicitur irremissibile, cætera autem remissibilia, quia cum induratione, & perpetua mediorum abjectione non sunt conjuncta.

X. 3. Hugo Cardinalis enumerat octo causas, cur peccatum hoc sit irremissibile: 1. quia adversatur fonti remissionis. 2. quia non habet colorem excusationis. 3. quia talis vix se potest humiliare ad petendam veniam vel ad bonum. 4. quia paucis & rarò remittitur. 5. quia nunquam legitur remissum. 6. quia gravius punitur, quasi nihil de pœna debita dimittatur. 7. quia meretur talis non pœnitere. 8. quia etiam post mortem remanet quoad actum.

Induratio. **XI.** 3. Est *induratio.* Hæc enim infallibile & certissimum hujus peccati consequens est, uti ostendunt omnia exempla. Nam cùm homo blasphemè Deo reluctatur, justè à Deo deseritur, Spiritus vertiginis immittitur, & in reprobum sensum traditur. Semper enim hoc Deus observat, ut induret, qui veritati credere & cedere nolunt. Atq; hinc est, quod Theologi dicunt, blasphemiam Spiritus non modò peccatum esse, sed & pœnam & causam peccati. *Pœna est, ratione indurationis & desertionis: Causa verò, ratione aliorum, quæ inde pullulascunt, vitiorum.* Omnis ergo peccans in Spiritum sanctum est induratus, non tamen contra, quia duplex est *induratio quedam in peccatis morum, quedam in errore fidei.* Posteriori modo qui induratus est, semper peccat in Spiritum sanctum, non autem qui priori, quoniam peccatum hoc circa doctrinam, non circa mores versatur. 12. Fi-

XII. Finalis impœnitentia. Hæc enim indurationem velut in-
dus comes sequitur. Omnis igitur peccans in Spiritum, est fina-
liter impœnitens, sed non contra, quia multi etiam in peccatis
morum perseverant, & sic finaliter impœnitenes sunt. Proinde
impœnitentia finalis nequit esse forma hujus peccati, quæ non
reciprocatur cum eo, ut diximus. Omnis autem forma ^{um suo}
formato reciprocè dicitur. Quare convenientius statetur, ^{or, fin-}
lem impœnitentiam, non esse essentielle requisitum aut formam,
sed duntaxat accidens commune, at tamen inseparabile, quia non
quam datur istud peccatum nisi conjunctum cum impœnitentia
finali. Ratio, quia nunquam remittitur. Si autem pœnitentiam,
quis a ^{utiq;} remitteretur. Et quid opus est proluxa probatio-
ne, cui ^{re asseratur} Hebr. 6. tales homines redire ad pœnite-
tiam ^{us esse impossibile?}

XIII. 5. Precationis negatio. Prohibuit enim Dominus, ne p
blasphemis in Spiritum S. oremus, *Ier. 7. & 1. Iob. 5.* Cùm autem
August. moneat *serm. 11. de verb. Dom.* non nisi à posteriori & post
mortem, diviniq; judicij declarationem judicandum esse de hoc
peccato, quorsum attinebat, ne quis pro tali peccato oret? Ambr.
l. 1. de pœn. c. 9. ex pronomine *Quis* respondet; *Non dico, ut pro eo quis*
oret, scilicet de plebe aliquis, quia hujusmodi peccatum indiget
perfecto deprecatore. Hieron. *l. 2. adv. Jovin.* interpretatur *μετὰ*
ληπτικῶς, quasi oratio posita sit pro venia, quæ oratur, sicut *Ier. 6.*
v. 10. Noli orare pro isto populo, hoc est, frustra orabis. Alij videntur
sibi valde subtiles, dum distinguunt inter peccatum ipsum &
peccatorem, dicuntq; pro peccato quidem orandum non esse, at tamen
pro peccatoribus. Verùm quærimus ex ijs. *Quid sit pro peccato*
orare, vel non orare? *Non* non tum non oramus, quando ejus remissi-
onem non petimus? *Inclusus* ergo ipse simul peccator, cui de-
bebat remitti, adeoq; corrumpit omnia illa distinctio, quia pro pec-
cato orare, nihil aliud est, quàm petere. *peccatum* imputetur
ad pœnam. Atq; hinc inferimus, prohibitam esse *precationem*
pro peccato & peccatore, quoniam unum in *judicium*

atio-
negatio

XIV. Notar ^{verò est, quòd peccator}
sint, quidam ^{tur, De illis certò}

aliquis peccat
in Spir. ac
fari debet.



his orari debet, sub hac nimirum conditione, si orationes non sunt indurati. Quando autem ex infallibilibus indagnoscimus, illos verè induratos esse, & jam per multos annos malitiosè resistere Spiritui, tum certè pro ijs, vi mandari non debet. Non autem temerè pronuntiandum & iudicandum de homine tali, quia sæpè possumus falli, & aliud probabilitatis est iudicium: aliud Insium aliud doξα, quidem Ecclesia signif. donum ἀνεπίστεως πῶς μὴ 2. p. 1. quod cum jam cesset, idcirco preces nostras non indamus, sed ijs persecutores etiam & blasphemos apprehendamus, nisi certò & indubitanter de malitiosa animi induratione constet.

I. Obijciunt: *Christus tamen oravit in cruce pro Pharisæis induratis, quos sciebat peccasse in Spiritum sanctum.*

Respond. I. Christus non oravit pro peccantibus malitiosè, ignorantèr. Dicit enim, *Remitte ijs Pater, quia nesciunt, quid faciunt.* Precatio Christi duplex fuit, altera generalis quâ pro toto genere humano apud Patrem intercessit in redemptione; altera specialis, quam pro pijs tantum & convertendis effudit. Illa acquisitionem, hac applicationem salutis perit. Illo modo pro induratis Pharisæis rogavit, non autem hoc posteriori.

Q V Æ S T I O I V.

Quotuplex sit?

I. Bonaventura in l. 2. sent. dist. 43. art. 3. quest. 1. fol. 647. sex recenset hujus peccati species, 1. desperationem, 2. presumptionem, 3. obstinationem, 4. finalem impoenitentiam, 5. impugnationem veritatis agnitæ, & 6. invidentiam fraternæ charitatis.

II. Sed hæc omnia genuinæ species non sunt, verùm pertinent, vel ad essentialia requisita, ut impugnationem: vel adjuncta, ut obstinatio, desperatio, & finalis impoenitentia, vel notant peccata concomitantia, qualia sunt presumptionem & invidentia.

III. Nostri Theologi alias recensent species. Ex parte hominum quidam veritatem habuerunt ob signatam, quidam non habuerunt.

Ex parte objecti, vel oppugnatur lex vel Evangelium, id quod vel totum vel magna ex parte, quæ sunt alie divines, quarum recognitione ex precedentibus & modò dictis hauriri potest.

SOLI DEO GLORIA.

An
or.
pe
in
san

05 A 923

ULB Halle

3

003 761 363




1009

ah







Farbkarte #13

B.I.G.

ΠΟΛΟΓΙΑΣ
 SACRÆ
 TATIO X.
 AD
 CORRUPTIONIS
 TINENS,
 De
A T O I N
U M S A N -
T U M.
 itteb. Academia,
in privato Collegio
posita
 PRÆSIDIO
N E R I, S S. T h. D.
 in Profefs. Publ.
 PONDENTE
 R A Y K A Novilipoteno
 annonic.
diem XXVII. Decembr.
 E B E R G Æ,
 ohan. Gormanni
 M. DC. XV.